1510.

Sigismundus Rex Poloniae Petro Tomicio Oratori.

Vnblis devote Nobis Dilecte! Quamvis dederimus tuae Dominationi per alias Lras Nras informationem et mandatum Nrum, ut inscriptionibus faciendis per Regiam Mttem Hungariae super pace inter Nos et Vojevodam Moldaviae firmanda, consentiret Tua Dnao et praesens adesset, nunc tamen Eidem committimus mandantes, ut non secus neque aliter in eo quidquam negotio agat, quam quemadmodum informationem praesentibus inclusam viderit in se continere, nec aliter faciat. Datum Cracoviae Feria Quarta proxima post Festum Pentecostes Anno Domini 1510.